



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1777**

**VD18 90118898**

§. 123. Quidam Scriptores e Societate hoc anno defuncti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](#)

**Sæc. XVII.** Ordinis sui officia, & Cathedras mo-  
A. C. 1615 derabatur, tandem vero anno Christi  
 millesimo quingentesimo nonagesimo  
 quinto Florentias evocatus, Christi-  
 næ Lotharingiæ Ferdinandi Ducis Con-  
 jugi a Confessionibus erat, ibidemque  
 vitæ suæ annos beata morte claude-  
 bat: Præter locupletissimam Bibliothe-  
 cam, quam ex præfatæ Ducissæ mun-  
 ificentia Florentiis instruxerat, posteris  
 reliquit Commentarios in libros *S. Au-*  
*gustini de Civitate Dei*, necnon in *E-*  
*drām*: scripsit etiam quæstiones de divi-  
 næ Gratiae Auxiliis, præter duos tomos  
 polemicos contra Philippum Mornæum  
 Calvinistam. Stylum quoque strinx-  
 erat in Jacobum I. Angliæ Regem edito  
*examine Praefationis monitoriæ*, quam idem  
 Rex suæ apologiæ præmiserat.

*Vid. Supra*  
*Lib. 187.*  
*§. 75.*

### §. CXXIII.

*Quidam Scriptores e Societate hoc  
 anno defundi.*

*Alegamb.  
 Script. Soc.*

Quorumdam etiam obitum hoc anno  
 Societas planxerat, & primo qui-  
 dem Sebastiani Barradæ, qui *commen-*  
*taria in concordiam & Historiam Evange-*  
*licam*, necnon *itinerarium filiorum Israel*  
*ex Ægypto typis vulgabat*, obiit die de-  
 cima quarta Aprilis annos natus septua-  
 ginta tres. Romæ autem die decima  
 quarta

quarta Decembris sexagenarius deceffit Sæc. XVII.  
Petrus Antonius Spinellus, qui non-  
nisi ascetica conscripsit, Die secunda  
ejusdem Mensis Madriti mortalitatem  
exuit Christophorus Castrus, qui edidit  
*Commentarium in Jeremiæ lamentationes,*  
*in Baruch Prophetam, & in librum Sa-*  
*pientiæ, necnon in duodecim Prophetas.*  
Hujus obitum præcessit Martinus La-  
scius Polonus, qui, suppresso tamen  
nomine, scripsit *Summarium Catholicæ*  
*veritatis unacum apologia contra Rosen-*  
*sterum Ministrum, necnon judicium Catho-*  
*licum contra Mikolajewskium Calvinismam,*  
præter plura alia opuscula Polemica.  
Mortuus est Cracoviæ die vigesima ter-  
tia Maij anno ætatis suæ sexagesimo  
quarto. Pariter calamo impugnabat  
suo Antonius Hoskinus *juramentum fi-*  
*delitatis Catholicis Anglis a Jacobo I. pro-*  
*positum.* Decessit autem hic Scriptor  
Vallisoleti die decima Septembris an-  
no ætatis suæ quadragesimo septimo.

### §. CXXIV.

#### *Scriptores ex Ordine Carmelitarum.*

Reliquit quoque hoc anno sui deside- Bibl. Carmel.  
rium Jacobus Mestretus Juliaci in tom. I. § 2.  
Burgundia natus, qui post varia Car-  
melitani Ordinis sui munia laudabili-  
ter gesta ad Episcopatum Damascenum.

li 4      evectus,